

Alte Drucke

**C. IVLII || CAESARIS || COMMEN-||TARII. || Quæ in hac
habeantur editione, sequens || pagella docebit. ||**

Caesar, Gaius Iulius

Lvgdvni, 1534

**A. HIRTII AVT OPII COMMENTARIORVM DE BELLO ALEXANDRINO LIB.
QVARTVS.**

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150541

Photinus inter-
fectus.

regni sperās, ad Achillam se ex Regia traiecit, unaq; bel-
lum administrare cœpit. Sed celeriter est inter eos de prin-
cipatu controuersia orta, quæ res apud milites largiti-
ones auxit. Magnis enim iacturis sibi quisq; eorū animos
conciliabat. Hæc dum apud hostes geruntur, Photinus
nutricius pueri, & procurator regni in parte Cæsaris ad
ad Achillam nuntios mitteret, hortareturq; , ne negotio
desisteret, ne'ue animo deficeret, indicatis, deprehensiq;
internuntijs, à Cæsare est interfectus. Hæc initia belli
Alexandrini fuerunt.

A. HIRTII AVT OPII
COMMENTARIORVM
DE BELLO ALE-
XANDRINO LIB.
QVARTVS.



BELLO Alexandrino conftrato, Cæsar
Rhodo, atq; ex Syria, Ciliciâq; omni
classe accersit, ex Creta sagittarios, equi-
tes ab Rege Nabatheorū Malco enea-
cat, tormēta undiq; cōquiri, & frumen-
tu mitti, auxiliaq; adduci iubet. Interim munitiones quoci-
die operibus augētur, atq; omnes oppidi partes, quæ mi-
nus firmæ esse uiderētur, testudinibus, atq; musculis aptan-
tur, ex edificijs autem per foramina in proxima edificijs
arietes immittūtur, quātūq; aut ruinis deiçitur, aut per
uim recipitur loci, in tantū munitiones proferūtur, nā in
cendio ferè tuta est Alexādria, quòd sine cōignatione, ac
mate

mate

materia sunt ædificia, & structuris, atq; fornicibus continetur, tecta q; sunt rudere, aut pauimētis. Cæsar studebat maxime, ut quā angustissimā partē oppidi palus à merīdie interiecta efficiebat, hāc operibus, uineisq; agendis, à reliqua parte urbis excluderet, illud expectās primum, ut cū esset in duas parteis urbs diuisa, acies uno cōsilio, atq; imperio administraretur. Deinde ut laborātib; succurreretur, atq; ex altera oppidi parte auxiliū ferri posset. In primis uero, ut aqua, pabuloq; abundaret, quarum alterius rei copīa exigua, alterius nullā oīno facultatē habebat, quodq; utrūq; palus large præbere poterat. Neq; uero Alexandri in gerendis negocijs cūctatio ulla, aut mora inferebatur. Nā in omneis parteis, p quas fines Aegypti, regnūq; pertinet, legatos, cōquisitoresq; delectus habendi causa miserāt, magnūq; numerū in oppidū telorū, atq; tormentorū miserāt, & innumerabilē multitudinē adduxerant. Nec minus in urbe maximæ armorū erāt institutæ officinae. Seruos præterea puberes armauerāt, quibus dñi locupletiores uictū quotidianum, stipēdiumq; præbebāt. Hac multitudine disposita munitiones semotarū partiū tuebātur. Veteranas cohortes uacuas in celeberrimis urbis locis habebāt, ut quacūq; regione pugnaretur, integris uiribus ad auxiliū ferēdū opportuni essent, oībus uijs, atq; angustis triplicē uallū obduxerāt. Erat aut quadrato extructus saxo, nec minus quadraginta pedes altitudinis habebat, quæq; partes urbis inferiores erāt, has altissimis turribus denorum tabulatorum munierant. Præterea ambulatorias totidem tabulatorum confixerant, subiectisq; eis rotis, fumibus, iumentisq; obiectis, directis plateis in
bb a quā

quâcunq; erat uisum partem mouebant. Vrbs fertilissima, & copiosissima omnium rerum apparatus suggererat. Ipsi homines ingeniosissimi, atq; acutissimi, quæ a nobis fieri uiderant, ea solertia efficiebant, ut nostri illorum opera imitari uiderentur, & sua sponte multa reperiebant, unoq; tēpore & nostras munitiones infestabant, & suas defendebant, atq; hæc principes in consilijs, cōcionibus agitabant, populum Ro. paulatim in consuetudinem eius regni uenire occupandi, paucis annis antea Gabinū cum exercitu fuisse in Agypto, Pompeium se ex fuga eodem recepisse, ac Cæsare uenisse cum copijs, neq; morte Pompeij quicquam profectum, quo minus Cæsar apud se commoraretur: quem si nō expulissent, futura ex regno Præuinciam, idq; agendum mature. Namq; eum interclusum tēpestatibus propter anni tempus recipere trās marina auxilia non posse. Interim diffensione orta inter Achillam, qui ueterano exercitui præerat, & Arsinoē Regis Ptolemæi minorem filiam, ut supra demonstratum est, cū uterque utriq; insidiaretur, & summā imperij ipse obtinere uellet, præoccupat Arsinoē per Ganymedem eunuchum nutricium suū, atq; Achillā interficit. Hoc occiso, ipsa sine ullo socio, & custode omne imperium obtinebat, exercitus Ganymedi traditur. Is suscepto officio largitionem in milites auget: reliqua pari diligentia administrat. Alexandria est serè tota suffossa, specusq; habet ad Nilū pertinentes, quibus aqua in priuatas domos inducitur, quæ paulatim spatio tēporis liquefcit, ac subsidit: hæc uti domini edificorū, atq; eorū familiæ consueuerunt. Nā quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa, atq; turbida, ut multos, hariosq;

Arsinoe Ptolemæi filia.

Ganymedes eunuchus.

Achillas interficitur.

hariosq;

uariosq; morbos efficiat: sed ea plebs, ac multitudo con-
 tenta est necessario, quod fons urbe tota nullus est: hoc ta-
 men flumen in ea parte urbis erat, quæ ab Alexandrinis
 tenebatur. Quo factò est admonitus Ganymedes, posse
 nostros aqua intercludi, qui distributi munitionum tuen-
 darum causa, uicatim ex priuatis ædificijs specubus, &
 puteis extracta aqua utebantur. Hoc probato consilio,
 magnum, ac difficile opus aggreditur: Interseptis enim
 specubus, atq; omnibus urbis partibus exclusis, quæ ab
 ipso tenebantur, aquæ magnam uim ex mari rotis, ac ma-
 chinationibus exprimere cõtendit. Hæc locis superioribus
 fundere in partem Cæsaris non intermittlebat. Quam-
 obrem salior paulò præter consuetudinẽ aqua traheba-
 tur ex proximis ædificijs, magnamq; hominibus admira-
 tionem præbebat, quam ob causam id accidisset, nec satis
 sibi ipsi credebant, cum se inferiores eiusdem generis, ac
 saporis aqua dicrent uti, atq; ante consuessent, uulgoq;
 inter se conferebant, & degustando, quantum inter se
 differrent aquæ, cognoscebāt. Paruo uero tẽporis spatio
 hæc propior bibi non poterat omnino. Illa inferior cor-
 ruptior iam, saliorq; reperiēbatur: quo factò dubitatione
 sublata, tantus incesit timor, ut ad extremũ casum omnes
 deducti uiderentur. Atq; alij morari Cæsarem dicerent,
 quin naues conscendere iuberet. Alij multo grauius exti-
 mescerent casum, quod neq; celari Alexandrinis possent
 in apparanda fuga, cum hi tam paruo spatio distarent ab
 ipsis, neq; illis imminetibus, atq; insequentibus ullus in
 naues receptus daretur. Erat autẽ magna multitudo oppi-
 danorũ in parte Cæsaris, quã domicilijs ipsorũ non mo-
 uerat,

Cæsar ad suos
oratio.

uerat, quòd ea se fidelem palàm nostris esse simulabat,
 & desciuisse à suis uidebatur, ut mihi defendendi essent
 Alexandrini, quod neq; fallaces essent, neq; temerarij,
 multaq; oratio frustra absumeretur. Cum uero uno tem-
 pore, & natio eorū, & natura cognoscatur, aptissimum
 esse hoc genus ad proditiōē nemo dubitare potest. Cæ-
 sar suorum timorem consolatione, & ratione minuebat.
 Nam puteis, fisisq; aquā dulcē posse reperi affirmabat.
 Omnia enim litora naturaliter aquæ dulcis uenas habere,
 quòd si alia esset litoris Aegyptij natura, atq; omnium re-
 liquorum, tamē quoniam mare libere tenerent, neq; ho-
 stes classē haberent, prohiberi sese nō posse, quo minus
 quotidie aquam nauibus peterent, uel à sinistra parte à
 Paretonio, uel à dextra ab insula, quæ diuersæ nauigatio-
 nes nunquam uno tempore aduersis uentis præcluderentur.
 Fugæ uero nullum esse consilium non solum ijs, qui
 primam dignitatem haberēt, sed ne ijs quidem, qui nihil,
 præterquam de uita cogitarent, magno negotio impetus
 hostium aduersos ex munitionibus sustineri, quibus reli-
 ctis, nec loco, nec numero pares esse posse. Magnam au-
 tem moram, & difficultatem ascensum in naues habere,
 præsertim ex scaphis. Summam esse contra in Alexandri-
 nis uelocitatem, locorumq; & ædificiorū notitiā. Hos
 præcipue in uictoria insolentes, præcursuros, & loca ex-
 celsiora, atq; ædificia occupaturos, ita fugā, nauibusq; no-
 stros prohibuituros. Proinde eius consilij obliuiscerentur,
 atq; omni ratione esse uincendū cogitarent. Hac oratione
 apud suos habita, atq; omnium mentibus excitatis, dat Cen-
 turionibus negocium, ut reliquis operibus intermissis, ad
 fodiendos

fuliendos putcos animum conferant, ne'ue quam partem
 nocturni temporis intermittant. Quo suscepto negotio,
 atq; omnium animis ad laborem incitatis, magna una no-
 ctis uis aquæ dulcis inuenta est. Ita operosis Alexandri-
 norum machinationibus, maximisq; conatibus, non longi
 tēporis labore occursum est. Eo biduo legio trigesima se-
 ptima ex deditiis Pompeianis militibus cum frumento
 armis, telis, tormentis, imposita in naues à Domitio Cal-
 uino, ad litora Africæ paulo supra Alexandriā delata est.
 He naues Euro, qui multos dies cōtinēter flabat, portum
 capere prohibebantur. Sed loca sunt egregia omni illa
 regione ad tenendas anchoras: hi cum diu retinerentur,
 atq; aquæ inopīa premerētur, nauigio actuario Cæsarem
 faciunt certiozem. Cæsar, ut per se consiliū caperet, quid
 faciendū uideretur, nauim conscendit, atq; omnē classē
 se sequi iussit, nullis nostris militibus impositis, quod, cum
 longius paulo discederet, munitiones nudare nolebat.
 Cumq; ad eum locum accessisset, qui appellatur Cherrho-
 nes, aquandiq; causa remiges in terram exposuisset, Cherroneus.
 nonnulli ex numero, cum longius à nauibus prædatum
 processissent, ab equitibus hostium sunt excepti: ex ijs co-
 gnouerunt Cæsarem ipsum in classe uenisse, nec ullos mi-
 lites in nauibus habere. Qua re comperta magnam sibi
 facultatē fortunā obtulisse bene gerendæ rei crediderunt.
 Itaq; naues omneis, quas paratas habuerant ad nauigan-
 dum, propugnatoribus instruxerunt, Cæsariq; redeunti
 cum classe occurrerunt, qui duabus de causis eo die dimi-
 care nolebat, quod & nullos milites in nauibus habebat,
 & post horam decimam diei res agebatur: nox autem
 allatura

Præliū nauale.

allatura uidebatur maiorem fiduciam illis, qui locorū ne-
 titia confidebant, sibi etiam hortandi suos auxilium desu-
 turū, quod nulla satis idonea esset hortatio, quæ neq; uir-
 tutem posset notare, neq; inertiam. Quibus de causis na-
 ues, quas potuit Cæsar ad terram detraxit, quem in locū
 illos successuros non existimabat. Erat una nauis Rhodia
 in dextro Cæsar's cornu, longe ab reliquis collocata, hic
 conspicati hostes non tenuerunt sese, magnosq; impetu
 quatuor ad eam constrate naues, et complures aperte
 contenderunt, cui coactus est Cæsar ferre subsidium, ne
 turpiter in conspectu contumeliam acciperet, quamquam
 siquid grauius accidisset merito casurum iudicabat. Præ-
 lium commissum est magna contentione Rhodiorum, qui
 cum in omnibus dimicationibus, et scientia, et uirtute
 præstitissent, tum maxime illo tempore totum onus susti-
 nere non recusabant, ne quod suorum culpa detrimentum
 acceptum uideretur: ita prælium secundissimum est fi-
 ctum, capta est una hostium quadrigenis, depressa est alte-
 ra: deinde omnibus epibatis nudata, magna præterea mul-
 tudo in reliquis nauibus propugnatorum est interfecit.
 Quod nisi nox prælium diremisset, tota classe hostium
 Cæsar potitus esset. Hac calamitate perterritis hostibus
 aduerso uento leniter flante, naues onerarias Cæsar re-
 mulco uictricibus suis Alexandriam deducit. Eo detri-
 mento adeo sunt fracti Alexandrini, cum non iam uirtute
 propugnatorum, sed scientia clasariorum se uictos uide-
 rent, quibus et superioribus locis subleuabantur, ut in
 ædificijs defendi possent, et materiam cunctam obijceret,
 quod nostræ classis oppugnationem etiam ad terram ue-
 rebantur.

rebantur. Iidem postea quàm Ganymedes in concilio confirmavit, sese & eas, quæ essent amissæ, restitutum, & numerum adaucturum, magna spe, & fiducia ueteres reficere naues, accuratiusq; huic rei studere, atq; inseruire instituerunt: ac tametsi amplius centum decem nauibus longis in portu naualibusq; amiserant, non tamen reparandæ classis cogitationem deposuerunt. Videbant enim non auxilia Cæsaris, non commeatus supportari posse, si classe ipsi ualerent. Præterea nautici homines, & urbis, & regionis maritimæ, quotidianoq; usu à pueris exercitati, ad naturalem, ac domesticum usum refugere cupiebant, & quantum paruulis nauigijs profecissent, sentiebant. Itaq; omni studio ad parandam classẽ incubuerunt. Erant omnibus ostijs Nili custodiæ, exigendi portorij causa dispositæ, naues ueteres erant in occultis Regiæ naualibus, quibus multis annis ad nauigandum nõ erant usi, has reficiebant, illas Alexandriam reuocabant: deerant remi, porticus, gymnasia, ædificia publica detegebant, asseres remorum usum obtinebant: aliud naturalis solertia, aliud urbis copia subministrabat. Postremo non longam nauigationem parabant, sed præsentis temporis necessitati seruebant, & in ipso portu confligendum uidebant. Itaq; paucis diebus contra omnium opinionẽ quadringentes uigintiduas, quinquereemes quinque confecerunt: ad has minores, apertasq; complures adiecerunt, & in portu periclitati remigio, quid quæq; earum efficere posset, idoneos milites imposuerunt, seq; ad confligendum omnibus rebus parauerunt. Cæsar Rhodias naues nouem habebat. Nam decem missis, una in cursu litore Aegypto defecerat:

defecerat: Ponticas octo: Lycias quinque: ex Asia ^{xii.} ex
his quinqueremes quinque erant, & quadriremes x. reli-
quæ infra hanc magnitudinem, & pleræq; apertæ: tamen
uirtute militum cōfusus, cognitis hostium copijs, se ad di-
micandum parabat. Postquam eò uctum est, ut sibi uterq;
eorum confideret. Cæsar Pharon classe circumuehitur, ad-
uersasq; naues hostibus constituit. In dextro cornu Rhodias
collocat, in sinistro Ponticas. Inter has spatium qua-
dringentorum passuum relinquit, quod satis esse ad ex-
plicandas naues uidebatur. Post hunc ordinem reliquis
naues subsidio distribuit, quæ quantq; earum sequatur, &
cui subueniat, constituit, atque imperat. Non dubitanter
Alexandrini classem producunt, atq; instruunt: in fronte
collocant ^{xxii.} reliquis subsidiarias in secundo ordine
constituunt. Magnum præterea numerum minorū nauis-
giorum, & scapharum producūt cū malleolis, ignibusq;
siquid ipsa multitudo, & clamor, & flamma nostris ter-
roris afferre possent. Erāt inter duas classes uada trāstū
angusto, quæ pertinent ad regionem Africæ, sic enim
prædicant, partem esse Alexandriæ dimidiam Africæ: sa-
tisq; diu inter ipsos est expectatum, ab utris transeundi
fieret initium. Propterea quòd ei, qui intrassent ad expli-
candam classē, & ad receptum, si durior accidisset ca-
sus, impeditiores fore uidebantur. Rhodijs nauibus præ-
erat Euphranor animi magnitudine, ac uirtute magis cū
nostris hominibus, quam cū Græcis comparandus. Hic ob
notissimam scientiā, atq; animi magnitudinē, delectus est
ab Rhodijs, qui imperium clasīs obtineret: qui, ubi Cæsa-
ris animum aduertit, Videris mihi, inquit Cæsar uereri,
si hæc

Euphranor.

si hæc

si hec uada primus nauibus intraueris, ne prius dimicare cogaris, quam reliquā classē possis explicare: nobis rem committe, nos praelium sustinebimus, neq; tuum iudicium fallēmus, dum reliqui subsequantur. Hos quidem diutius in nostro conspectu gloriari, magno nobis & dedecori, & dolori est. Cæsar illum adhortatus, atq; omnibus laudibus prosecutus, dat signum pugnae: Progressas ultra uadum quatuor Rhodias naues circumsistunt Alexandri-
ni, atq; in eas impetū faciunt: Sustinēt illi, atq; arte, so-
lertiāq; se explicāt, ac tantū doctrina potuit, ut in dispari numero, nulla transuersa hosti obijceretur, nullius remi detergerentur, sed semper uenientibus aduersæ occurrerent. Interim sunt reliquæ subsecutæ. Tum necessario discessum ab arte est, propter angustias loci, atq; omne certamen in uirtute constitit. Neq; uero Alexandriae fuit quisquam aut nostrorum, aut oppidanorum, qui aut in opere, aut in oppugnatione occupatum animum haberet, quin altissima tecta peteret, atq; ex omni prospectu locum spectaculo caperet, precibusq; & uotis uictoriam suis ab Dijs immortalibus exposceret. Minime autē erat par praelij certamen: nostris enim pulsīs, neq; terra, neq; mari effugium dabatur uictis, omniāq; uictoribus erant futura in incerto. Illi, si supraessent nauibus, omnia tenerent, si inferiores fuissent, reliquam tamen fortunam perdidissent. Simul illud graue, ac miserum uidebatur, per paucos de summa, ac de salute omnū decertare. Quorū si quis aut animo, aut uirtute cessisset, reliquis etiā esset cadendum, quibus pro se pugnandi facultas nō fuisset. Hæc superioribus diebus sæpenumero Cæsar suis exposuerat,

Praeliū nauale

posuerat, ut hoc maiori animo contenderent, quod omnium salutem sibi commendatam uiderent, eadem suum quisque contubernalem, amicum, notum, prosequens erat obtestatus, ne suam, atque omnium falleret opinionem, quorum iudicio delectus ad pugnam profiscisceretur. Itaque hoc animo est decertatum, ut neque maritimis, nauticisque solertia, atque ars praesidium ferret, neque numero navium praestantibus multitudo prodesset, neque flexi ad uirtutem ex tanta multitudine uiri uirtuti nostrorum possent aequari. Capitur hoc praelio quinquere mis una cum defensoribus, remigibusque, et deprinuntur tres, nostris incolumibus omnibus. Reliquae propinquam fugam ad oppidum capiunt, quas protexerunt ex molibus, atque aedificijs imminuentibus, et nostros adire propius prohibuerunt. Hoc ne sibi saepius accidere posset, omni ratione Caesar contendendum existimauit, ut insulam, molemque ad insulam pertinentem, in suam redigeret potestatem. Perfectis enim magna ex parte munitionibus in oppido, et illam, et urbem uno tempore tentari posse confidebat. Quo capto consilio, cohortes x. et leuis armaturae electos, quos idoneos ex equitibus Gallis arbitrabatur, in nauigia minora, scaphasque imponit, alteram insulae partem destinande manus causa cum constratis nauibus aggreditur, praemijs magnis propositis, qui primus in insulam coepisset. Ac primo impetum nostrorum pariter sustinuerunt: uno enim tempore et ex tectis aedificiorum propugnabant, et licet tora armati defendebant: quo, propter asperitatem loci, non facilis nostris aditus dabatur, et scaphis, nauibusque longis V. mobiliter, et scienter angustias loci tuebatur.

Sed

Sed ubi locis primum cognitis, uadisq; pertentatis, pauci nostri in litore constiterunt, atq; hos sunt alij subsecuti, cōstanterq; in eos, qui in litore æquo institerāt, impetum fecerūt, omnes Pharitæ terga uerterūt. His pulsīs, custodia portus relicta ad litora, & uicum applicauerūt, seq; ex nauibus ad tuēda ædificia eiecerunt: neq; uero diutius ipsi ex munitione se continere potuerunt. Et si erat non dissimile, atq; Alexandria genus ædificiorū, ut minora maioribus cōferantur, turresq; editæ, & cōiunctæ, muri locum obtinebāt, neq; nostri aut scalis, aut cratibus, aut reliquis rebus parati uenerant ad oppugnandum. Sed terror hominibus mentem, consiliumq; eripit, & mēbra debilitat: ut tūc accidit, qui se in æquo loco, ac plano pares esse cōfidebant, ijdem perterriti fuga suorum, & cæde paucorū triginta pedum altitudine in ædificijs consistere ausi non sunt, seq; per molem in mare præcipitauerunt, & octingentorum passuum interuallo ad oppidū enatauerunt. Multi tamen ex his capti interfecitq; sunt. Sed numerus captiuorū omnino fuit sexcenti. Cæsar præda militibus cōcessa, ædificia diripi iussit, castellumq; ad pontem, qui propior erat Pharo communiuit, atq; ibi præsidium posuit. Hunc fuga Pharitæ reliquerant, fortiozem illum, propioremq; oppido Alexandrini tuebantur. Sed cū postero die simili ratione aggreditur, quod his obtentis duobus, omnem nauigiorum excursus, & repentina latrocinia sublatū iri uidebatur. Iamq; eos, qui præsidio cū locum tenebant, tormentis è nauibus, sagittisq; depulerat, atq; in oppidum redegerat, & cohortium trium instar in terram exposuerat. Non enim plures consistere
c c angustias

angustiae loci patiebantur, reliquae copiae in nauibus stationem obtinebant: quo facto imperat pontem aduersus hostē praeuallari, & quā exitus nauibus erat fornice constructo, quo pons sustinebatur, lapidibus oppleri, atque obstrui, quorū altero opere effecto, ut nulla omnino scapha egredi posset, altero instituto, omnes Alexandrinorū copiae ex oppido se eiecere, & contra munitiones potius latiore loco constiterunt, eodemque tempore, quae consueuerant nauigia per pontes ad incendia onerariorū emittere ad molem constituerunt. Pugnabatur à nostris ex ponte, ex mole: ab illis ex area, quae erat aduersus potē, & ex nauibus cōtra molem. In his rebus occupato Cesare, militesque hortante, remigum magnus numerus, & clasiorum ex longis nauibus nostris in molem se eiecit. Pars eorum studio spectandi ferebatur. Pars etiam cupiditate pugnandi. Hi primum nauigia hostium lapidibus, ac fundis à mole repellebant, ac multum proficere multitudine telorum uidebantur. Sed postquam ultra eum locum ab latere eorum aperto, ausi sunt egredi ex nauibus Alexandrini pauci, ut sine signis, certisque ordinibus sine ratione prodierant, sic temere in naues refugere coeperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini ex nauibus egrediebantur, nostrosque acrius perturbatos insequiebantur. Simul qui in nauibus longis remanserant, scalas rapere, nauesque à terra repellere properabāt, ne hostes nauibus potirentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites nostri, cohortum trium, qui in ponte, ac prima mole constiterant, cū post se clauorem exaudirent, fugam suorum uiderent, magnā uim telorum aduersi sustinerent, ueriti ne ab tergo

circum

circunuenirentur, & discessu nauium omnino reditu intercluderentur, munitionem in pontem institutam reliquerunt, & magno cursu incitati ad naues contenderunt. Quorum pars proximas nacta naues multitudine hominum, atq; onere depressa est, pars resistens, & dubitans, quid esset capiendum consilij, ab Alexandrinis interfecta est: nonnulli feliciore exitu expeditas ad anchoras naues consecuti, incolumes discesserunt, Pauci alleuati scutis, & animo ad conandum nixi, ad proxima nauigia adnatarunt. Cæsar quoad potuit cohortando suos ad pontem, & munitiones contendere. Eodē in periculo uersatus est, postquam uniuersos cedere animaduertit, in suum nauigium se recepit, quò multitudo hominum insecuta cum irrumperet, neq; administrandi, neq; repellendi à terra facultas daretur, fore quod accidit, suspicatus, sese ex nauigio eiecit, atq; ad eas, quæ longius constiterant naues, adnatauit. Hinc suis laborantibus subsidio scaphas mittēs, nonnullos conseruauit: nauigium quidem eius multitudine depressum militum, unā cum hominibus interiit. Hoc prælio desiderati sunt ex numero legionariorum militū circiter 6000. & paulo post eum numerum classiarij, & remiges. Alexandrini eo loco castellum magnis munitionibus, multisq; tormētis confirmauerūt, atq; egestis ex mari lapidibus, libere sunt usi postea ad mittēda nauigia. Hoc detrimento milites nostri tantum absuerunt, ut perturbaretur, ut incensi potius, atq; incitati, magnas accessiones fecerint in operibus hostiū expugnandis, in prælijs quotidianis, quādocunq; fors obtulerat procurrētibus, & erumpentibus Alexandrinis * manum comprehendē

hendi multum operibus, & ardentibus studijs militum. Nec diuulgata Caesaris hortatio, subsequi legionum, aut laborem, aut pugnandi poterat cupiditatem, ut magis deterrendi, & continendi à periculosisimis essent dimicationibus, quàm incitandi ad pugnandum. Alexandrini, cum Romanos, & secundis rebus confirmari, & aduersis incitari uiderent, neque ullum belli tertium casum nossent, quo possent esse firmiores, ut coniectura confes- qui possumus, aut admoniti à Regis amicis, qui in Caesaris erant præsidij, aut suoapte consilio, per occultos nuntios Regis probato, legatos ad Casarem miserunt, ut dimitteret Regem, transireq; ad suos pateretur. Paratum enim omnem multitudinem esse, confectam tædio, puelle fiduciario regno, dominatione crudelissima Ganymedis, facere id quod Rex imperasset. Quo si autore in Caesaris fidem, amicitiamq; uenturi essent, nullius periculi timore multitudini fore impedimento, quo minus se dederent. Caesar, & si fallacem gentem, semperq; alia cogitantem, alia simulantem, bene cognitam habebat, tamen petentibus dare ueniam utile esse statuit. Quod si quo facto sentirent ea, quæ postularent, mansurum in fide dimissam Regem credebat. Sin id quod magis illorum naturæ conueniebat, ducem ad bellum gerendum Regem habere uellent, splendidijs, atq; honestius se contra Regem, quàm contra conuenarum, ac fugitiuorum manum bellum esse gesturum. Itaq; Regem cohortatus, ut consuleret regno paterno, parceret præclarissimæ patriæ, quæ turpissimis incendijs, & ruinis esset deformata, ciues suos primum ad sanitatē reuocaret, deinde conseruaret, fidem populo

Ro. sibiq; præstaret, cum ipse tantum ei crederet, ut ad hostes armatos eum mitteret, dextera dexteram tenens, dimittere cœpit adulta iam ætate puerum. At regius animus disciplinis fallacissimis eruditus, ne à gentis suæ moribus degeneraret, flens orare contra Cæsarem cœpit, ne se dimitteret: non enim regnū ipsum sibi conspectu Cæsaris esse iucundius: Compresis pueri lachrymis, Cæsar ipse commotus celeriter, si illa sentiret, fore eum secum affirmans ad suos dimisit. Ille, ut ex carceribus in liberum cursum emissus, adeo contra Cæsarem acriter bellum gerere cœpit, ut lachrymas, quas in colloquio proiecerat, gaudio uideretur profudisse. Accidisse hoc complures Cæsaris legati, amici, Centuriones, militesq; letabantur, quod nimia bonitas eius, fallacis pueri elusa esset, quasi uero id Cæsar bonitate tantum adductus, & non prudentissimo consilio fecisset: cum duce assumpto Alexandrini nihilo se firmiores factos, aut languidiores Romanos animaduernerent. Eludentibusq; militibus Regis ætatem, atq; infirmitatem, magnum dolorem acciperent, neq; se quicquam proficere uiderent, rumoresq; existerent, magna Cæsari præsidia, terre stri itinere Syria, Ciliciaq; adduci, quod nondum Cæsari auditum erat, commeatum, qui nostris mari supportabatur intercipere statuerunt. Itaq; expeditis nauigijs, locis idoneis ad Canopum in statione, dispositis nauibus, insidiabatur nostris cōmeatibus. Quod ubi Cæsari nuntiatum est, classem iubet expediri, atq; instrui. Præfecit huic Tiberiū Neronem, profiscuntur in ea classe Rhodiæ naues, atq; in his Euphranor, sine quo nulla unquam dimicatio maritima parum etiam feliciter

confecta erat. At fortuna, quæ plerumq; eos, quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorẽ casum reſeruat, ſuperiorum temporum diſimilis Euphranorem perſequebatur. Nam cum ad Canopum uentum eſſet, inſtructaq; utrinq; clafſis confluiſſet, & ſua conſuetudine Euphranor primus prælium cõmiſiſſet, & illic triremem hoſtium perforaſſet, ac demerſiſſet, proximam longius inſecutus, parum celeriter inſequentibus reliquis, circumuentus ab Alexadrinis eſt, cui ſubſidiũ nemo tulit, ſiue quod in ipſo ſatis præſidij pro uirtute, ac felicitate eius putarent eſſe, ſiue quod ipſi ſibi timebãt. Itaq; unus ex omnibus eo prælio bene rẽ geſſit, ſolus cũ ſua quadriremi uictrice periit.

Sub idem tempus Mithridates Pergamenus magnæ nobilitatis domi, ſcientiæq; in bello, & uirtutis fidei, dignitatĩq; in amicitia Cæſaris miſſus in Syriã, Ciliciamq; initio belli Alexadrini ad auxilia accerſenda, cũ magnis copijs, quas celeriter, & propenſiſſima ciuitatum uoluntate, & ſua diligentia conſecerat, itinere peſtredi, quo cõiungitur Aegyptus Syriæ Peluſium adducit, idq; oppidum ſumo præſidio occupatum ab Achilla propter opportunitatem loci, nãq; tota Aegyptus maritime acceſſu Pharo, peſtredi Peluſio, uelut clauſtris munita exiſtimatur, repẽte magnis circumdatũ copijs, multiplici præſidio pertinaciter propugnantibus, & copiarũ magnitudine, quas integras uulneratis, deſeſijsq; ſubijciebat, & perſeuerantia, conſtantiaq; oppugnãdi, quo die eſt aggreſſus, in ſuã redegit poteſtatẽ, præſidiumq; ibi ſuum collocauit inde re bene geſta Alexandriã ad Cæſarẽ contendit, omnesq; eas regiones, per quas iter faciebat, autoritate ea, quæ plerumq; ad eſt

Euphranor per-
ijt.

Mithridates
Pergamenus.

Peluſiũ à Mi-
thridate capitur.

adeſt uictori, placarat, atq; in amicitiam Caeſaris redege-
 rat. Locus eſt ſerè regionum illarum nobiliſſimus, non ita
 longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen Delta.
 à ſimilitudine literæ cepit. Nam pars quædam fluminis
 Nili deriuata inter ſe duobus itineribus paulatim medium
 inter ſe ſpatiū relinquens, diuerſiſſimo ad litus interuallo
 à mari coniungitur. Cui loco cū appropinquare Mithri-
 datem Rex cognouiſſet, & tranſeundum ei flumen ſci-
 ret, magnas aduerſus eū copias miſit, quibus uel ſupera-
 ri, deleriq; Mithridatem, uel ſine dubio retineri poſſe cre-
 debat: quemadmodum autem optabat eum uinci, ſic ſatis
 habebat intercluſum à Caeſare à ſe retineri. Quæ primæ
 copię flumen à Delta tranſire, & Mithridati occurrere
 potuerunt, prælium commiſerunt, feſtinantes præripere
 ſubſequentibus uictoriæ ſocietatem. Quorum impetum
 Mithridates magna cum prudentia conſuetudine no-
 ſtra caſtris uallatis ſuſtinuit. Cum uero incaute, atque
 inſolenter ſuccedere eos munitionibus uideret, eruptio-
 ne undiq; facta, magnum numerum eorum interficit.
 Quòd niſi locorum notitia reliqui ſe texiſſent, partimq;
 in naues, quibus flumen tranſierant, recepiſſent, funditus
 deleti eſſent. Qui ut paululū ab illo timore ſe recrearunt,
 adiunctis ijs, qui ſubſequebatur, rurſus Mithridatē oppu-
 gnare cœperunt. Mittitur à Mithridate nuntius Caeſari,
 qui rem geſtam perferret: cognoscit ex ſuis eadem hæc
 accidiſſe Rex, ita penè ſub idem tēpus & Rex ad oppri-
 mendum Mithridatem proficiſcitur, & Caeſar ad reci-
 piendum: celeriore fluminis Nili nauigatione Rex eſt
 uſus, in qua magnam & paratam claſſem habebat. Caeſar

Mithridates C
fari uingitur.

eodem itinere uti noluit, ne nauibus in flumine dimicaret. Sed circumuectus eo mari, quod Africae partis esse dicitur, sicuti supra demonstrauius, prius tamen Regis copijs occurrit, quam is Mithridatem aggredi posset, cumq; ad se uictorem incolumi exercitu recepit. Consederat cum copijs Rex, loco natura munito, quod erat ipse excellior, phanicies ex omnibus partibus subiecta. Tribus autem ex lateribus uarijs genere munitionibus tegebatur: Vnus latus erat adiectum flumini Nilo, alterum editissimo loco ductum, ut partem castrorum obtineret: Tertium palude cingebatur. Inter castra, & Caesaris iter flumen intercedebat angustum, altissimis ripis, quod in Nilum influebat. Aberat autem ab Regis castris millia passuum circiter septem. Rex cum hoc itinere uenire Caesarem comperisset, equitatum omnem, expeditosq; delectos pedites ad id flumen misit, qui transitu Caesarem prohiberent, & enim ex ripis praelium impar iniret: Nullum enim processum uirtus habebat, aut periculum ignauia subibat, quae res incendit dolore milites, equitesq; nostros, quod tandiu pari praelio cum Alexandrinis certaretur. Itaq; eodem tempore equites Germani dispersi uada fluminis quærentes partim demissioribus ripis flumen tranarunt, & legionarij magnis arboribus excisis, quæ longitudine utraq; ripa cõtingeret proiectis, repentinoq; aggere iniecto, flumen transierunt: quorũ impetũ adeo pertinuerunt hostes, ut in fuga spem salutis collocaret. Sed id frustra, namq; ex ea fuga pauci ad Regem refugerunt, penè omni reliqua multitudine interfecta. Caesar re præclarissime gesta, cū subitum aduentum suũ iudicaret magnum terrorem Alexandrinis iniectione protinus

Alexandrinorũ
uga & cædes.

protinus

protinus uictor ad Regis castra pertēdit. Hec cū ē opere magno uallata, & loci natura munita aduerteret, conforamq; armatorum multitudinem collocatam in uallo uideret, lassos itinere, ac preliando milites ad oppugnanda castra succedere noluit. Itaq; non magno interuallo relicto ab hoste, castra posuit. Postero die castellū, quod Rex in proximo uico non longe à suis castris munierat, brachijq; cū opere castrorū coniunxerat, uici obtinendi causa, Caesar aggressus, omnibus copijs expugnat: non quo id minori numero militū consequi difficile factū putaret, sed ut ab ea uictoria, perterritis Alexandrinis, protinus castra Regis oppugnaret. Itaq; eo cursu, quo refugientes Alexandrinos ex castello in castra sunt milites insecuti, munionibus successerūt, acerrimeq; eminus preliari cœperūt. Duabus ex partibus aditus oppugnationis nostris datur: una, qua liberum accessum haberi demonstraui: altera, quæ medio cre interuallum inter castra, & flumen Nilum habebat. Maxima, et electissima Alexandrinorū multitudo defendebat eam partem, quæ facillimum aditum habebat, plurimum autem proficiebant hostes in repellēdis, uulnerandisq; nostris, qui in regione fluminis Nili propugnabant, diuersis enim telis nostri figebantur, aduersi ex uallo castrorum, auersi q; ex flumine, in quo multæ naues instructæ funditoribus, & sagittarijs nostros impugnant. Caesar cum uideret milites acrius preliari non posse, nec tamen multum profici, propter locorum difficultatem, cumq; animum aduerteret excelsissimum locum castrorum relictum esse ab Alexandrinis, quod & per se munitus esset, & studio partim pugnandi, partim

Castra regis oppugnantur.

Carfulenus.

spectādi decurrissent in eum locum, in quo pugnabatur, cohortes illò circuire castra, & summum locum aggredi iussit, hisq; Carfulenum praefecit, & animi magnitudine, & rei militaris scientia uirum praestantem. Quò ut uentum est, paucis defendentibus munitionem, nostris contra militibus acerrime pugnantibus, diuerso clamore, & praelio perterriti Alexandrini, trepidantes in omnis partibus discurrere coeperunt. Quorum perturbatione nostrorum animi adeo sunt incitati, ut penè eodem tempore in omnibus partibus, primi tamen editissimum locum castrorum caperent, ex quo decurrentes, magnam multitudinem hostium interfecerunt, quod periculum pleriq; Alexandrini fugientes, acervatim se de uallo praecipitauerunt in eam partem, quae flumini erat adiuncta: horum primis in ipsa fessa munitionis magna ui oppressis, ceteri faciliorem fugam habuerunt. Constat fugisse ex castris Regem ipsum, receptumq; in nauem, & multitudine eorum, qui ad proximas naues adnatabant, demerso nauigio perisse. Re felicissime, celerrimeq; gesta, Caesar magna uictoria fiducia proximo terrestri itinere Alexandriam cum equitibus contendit, atque eam partem oppidi uictor introiit, quae praesidio hostium tenebatur: neque eum consilium suum fefellit, quin hostes eo praelio audito, nihil iam de bello essent cogitaturi. Dignum adueniens fructum uirtutis, & animi magnitudinis tulit: Omnis enim multitudo oppidanorum, armis proiectis, munitionibusq; suis relictis, ueste ea sumpta, qua supplices dominantes deprecari consueuerunt, sacrisq; omnibus prolati, quorum regione precari offensos, iratosq; animos Regum erant

Ptolomaei regis mors.

Alexandrinorum deditio.

foliti, aduenienti Caesari occurrerunt, scq; ei dederunt. Caesar in fidem receptos consolatus, per hostium munitiones in suam partem oppidi magna gratulatione uenit suorum, qui non tantum bellum ipsum, ac dimicationem, sed etiam talem aduentum eius felicem fuisse letabantur. Caesar Aegypto, atque Alexandria potitus, Reges constituit, ut quos Ptolemæus testamēto scripserat atque obtestatus erat populum Roma. ne mutarentur. Nam maiore ex duobus pueris Rege amisso, minori tradidit regnum, maiori ex duabus filijs Cleopatæ, quæ mæserat in fide, præsidijq; eius minore Arsinoën, cuius nomine diu regnasse impotenter Ganymedem docuimus, deducere ex regno statuit, ne qua rursus noua dissensio, prius quam diuturnitate confirmarentur Regis imperia, per homines seditiosos nasceretur: legione ueterana sexta secum deducta, ceteras ibi relinquit, quo firmius esset eorū Regum imperium, qui neque amorem suorum habere poterant, quod fideliter permanserant in Caesaris amicitia, neq; uetustatis auctoritatem, paucis diebus Reges cōstituti. Simul ad imperij nostri dignitatem, utilitatemq; publicam pertinere exiſtimabat, si permanerent in fide Reges, præsidij eos nostris esse tutos: et hos, si essent ingrati, posse iisdem præsidij coërceri. Sic rebus omnibus confectis, et collocatis, ipse itinere terrestri profectus est in Syriam.

Arsinoë.

Deiotarus rex.

Dum hæc in Aegypto gerūtur, Rex Deiotarus ad Domitium Caluinum, cui Caesar Asiam, finitimasq; prouincias administrandas tradiderat, uenit oratum, ne Armeniā minorem regnum suum, neue Cappadociam regnum Ariobarzani, possideri, uastariq; pateretur à Pharnace: quo

ce: quo malo nisi liberarentur, imperata sibi facere, pecuniamq; promissam Caesari non posse se persolvere. Domitius non tantum ad explicandos sumptus rei militaris, cū pecuniam necessariam esse iudicaret, sed etiam turpe per lo Ro. & Caesari uictori, sibiq; infame esse statueret, re-

Domitij ad
Pharnacem
auntij,

gna sociorum, atq; ab externo Rege occupari: nūtiis a festum ad Pharnacem misit, Armenia, Cappadociaq; dederet: ne ue occupatione belli ciuili populi Ro. ius, maioremq; tentaret. Hāc denuntiationē, cum maiorem min habituram existimaret, si propius eas regiones cum exercitu accessisset, ad legiones profectus, unā ex tribus xxxvi. secum ducit, duas in Aegyptum ad Caesarē mittit, lateris eius euocatas, quarū altera in bello Alexandrino non occurrit, quod itinere terrestri per Syriam erat missa. Ad iungit Cn. Domitius legioni xxxvi. duas à Deiotaro, quas ille disciplina, atq; armatura nostra complures annos constitutas habebat, equitesq; centum, totidemq; ab

Ariobarzanes.

Ariobarzane sumit. Mittit P. Sextium ad C. praetorem quaestorem, ut legionem adduceret, quae ex tumultuarius militibus in ponto confecta erat. Qu. q; Paciscum in Ciliciā ad auxilia accersenda, quae copiae celeriter omnes infu-

Comana.

fu Domitij Comana conuenerunt. Interim legati à Pharnace responsū referunt, Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse, quam paterno nomine iure obtinere deberet: deniq; eius regni causa integra Caesari seruaretur: paratum enim se facere, quod is statuisset. P. Domitius cū animaduerneret eum Cappadocia decessisse, in uoluntate adductum, sed necessitate, quod facilius Armeniā defendere posset, subiectam suo regno, quam Cappadociam

dociam

dociam longius remotam, quodq; omneis treis legiones
 adducturū Domitium putasset, ex quibus cū duas ad Cæ-
 sarem missas audisset, audaciusq; in Armenia substitisset,
 perseverare coepit, ut eo quoq; regno decederet. Neque
 enim aliud ius esse Cappadociæ, atque Armeniæ, nec ius-
 se eum postulare, ut in Cæsaris aduentu res integra dis-
 ferretur. Id enim esse integrū, quod ita esset, ut fuisset. His
 responsis datis, cum ijs copijs, quas supra scripsi, profe-
 ctus est in Armeniam, locisq; superioribus iter facere insti-
 tuit. Nam ex ponto à Comanis iugū editum sylvestre est
 pertinens in Armeniam minorem, quo Cappadocia fini-
 tur ab Armenia: cuius itineris hæ erant certæ opportuni-
 tates, quòd in locis superioribus nullus impetus repētinus
 accidere hostium poterat, & quòd Cappadocia his iugis
 subiecta magnum commeatus copiam erat subministratu-
 ra. Complures interim legationes Pharnaces ad Domi-
 tium mittit, quæ de pace agerent, regiāq; munera Domi-
 tio ferrent: ea constanter oīa aspernabatur, nec sibi quic-
 quam fore antiquius, quàm dignitatem populi Ro. & re-
 gna sociorum recuperare, legatis respōdebat, magnis &
 continuis itineribus confectis, cū aduentaret ad Nicopo-
 lin, quod oppidum in Armenia minore positum est, pla-
 no ipsum loco, montibus tamen altis ab duobus lateribus
 obiectis satis magno intervallo ab oppido remotis. Castra
 posuit longe à Nicopoli circiter millia passuum septem.
 Quibus ex castris, cum locus angustus, atque impeditus
 esset transeundus, Pharnaces in insidijs delectos pedites,
 omnesq; penè disposuit equites: magnam autem multitu-
 dinem pecoris intra eas fauces dissipari iussit, paganosq;
 & op

Nicopolis.

Castra Domi-
tij.Pharnasis insi-
diæ.

& op

& oppidanos in his locis obseruari, ut si amicus Domi-
 tius eas angustias transiret, nihil de insidijs suspicaretur,
 cum in agris, & pecora, & homines animaduerneret uer-
 sari, tanquam amicorum aduentu. Sin uero, ut in hostium
 fines ueniret, præda diripienda milites dissiparentur, di-
 sperfiq; caderentur. Hæc cum administraret, nunquā me-
 men intermittebat legatos de pace, atque amicitia mittere
 ad Domitium, cum hoc ipso crederet cum facilius de-
 pi posse. At contrā spes pacis Domitio in eisdem castris
 morandi attulit causam. Ita Pharnaces amissa proximi-
 tatis occasione, ueritus ne cognoscerentur insidie, suos
 in castra reuocauit. Domitius postero die propius Nico-
 polin accessit, castraq; oppido contulit, quæ dū munit
 nostri, Pharnaces aciem instruxit suo more, atque insi-
 tuto. In fronte enim simplici directæ acie cornua trinis
 firmabantur subsidijs, eadem ratione hæc media colloca-
 bantur acie, duobus dextra, sinistraq; interuallis, sim-
 plicibus ordinibus instructis. Perfecit inceptum castrorum
 opus Domitius, parte copiarum pro uallo instructa. Pro-
 xima nocte Pharnaces interceptis tabellarijs, qui de Ale-
 xandrinis rebus literas ad Domitium ferebant, cognoscit
 Cæsarem magno in periculo uersari, flagitareq; a Do-
 mitio, ut quamprimum sibi subsidia mitteret, propiusq;
 ipse Alexandriam per Syriam accederet. Quæ cognita
 re Pharnaces uictoria loco ducebat, si trahere tēpus pos-
 set, cum discedendum celeriter Domitio putaret. Itaque
 ab oppido, quæ facillimum accessum, & equissimum
 ad dimicandum nostris uidebat, fossas duas directas, non
 ita magno medio interuallo relicto, quatuor pedum altit-
 tudinis

tudinis

tudinis in eum locum deduxit, quo longius constituerat suam non producere aciem. Inter has fossas aciem semper instruebat: equitatum autem ab lateribus omnem extra fossam collocabat, qui neq; aliter utilis esse poterat, & multum numero anteibat nostrum equitatu. Domitius autē, cum Caesaris magis periculo, quam suo commoueretur, neque se tutō discessurū arbitraretur, si conditiones, quas rececerat, rursus appeteret, aut sine causa discederet, ex propinquis castris in aciem exercitum eduxit, tricesimam sextam legionem in dextro cornu collocavit, ponticam in sinistro. Deiotari legiones in mediam aciem contulit, quibus tamen angustissimum frontis reliquit intervallum, reliquis cohortibus in insidijs collocatis, sic utrinque acie instructa processum est ad dimicandum. Signo sub idem tempus ab utroque dato, concurritur acriter, uarieq; pugnatur. Nam tricesima sexta legio, cum extra fossam in equitatum Regis impetum fecisset, adeo secundum prælium fecit, ut mœnibus oppidi succederet, fossamq; transiret, aduersosq; hostes aggredere. At Pontica ex altera parte legio, cum paululum auersa hostibus cessisset, fossam autem circuire acies secundo conata esset, ut aperto latere aggredere hostem, in ipso transitu fossæ confixa, & oppressa est. Deiotari uero legiones uix impetum sustinuerunt. Ita uictices Regis copiae cornu suo dextro, mediāq; acie conuerterunt se ad tricesimam sextam legionem, quæ tamen fortiter uincientium impetum sustinuit, magnis copijs hostium circumdata, præsentissimo animo pugnans in orbem se recepit ad radices montium, quod Pharnaces insequi propter iniquitatem loci noluit,

Pugna inter
Pharnacē &
Domitium.

Domitij fuga.

Ita

Ita Pontica legione penè tota amissa, magna parte Deiotari militum interfecta, tricesimasexta legio in loca se superiora cōtulit, non amplius ducentis quinquaginta desideratis. Ceciderunt eo prælio splendidi, ac illustres viri nonnulli equites Romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto, reliquias exercitus dissipati collegit, itineribusq; tutis per Cappadociam se in Asiā recepit. Pharnaces rebus secundis elatus, cum de Casare ea, quæ optabat, speraret, Pontum omnibus copijs occupavit. Ibiq; et victor, et crudelissimus Rex, cum sibi fortunam paternam feliciore euentu destinaret, multa oppida expugnauit, bona ciuium Romanorum, Ponticorumq; diripuit. Supplicia constituit in eos, qui aliquam formæ, atque ætatis commendationem habebant, eaq; quæ morte essent miseriora.

Pharnaces Pontum occupat.

Pontumq; nullo defendente, paternum regnum se recepisse glorians, obinebat. Sub idem tempus in Illyrico est incommodum acceptum, quæ Prouincia superioribus mensibus retenta non tantum sine ignominia, sed etiā cum laude erat. Namq; eò missus æstate cū duabus legionibus Q. Cornificius, de erat. Namq; eò missus æstate cū duabus legionibus Q.

In Illyrico gesta.

Cornificius Cæsaris quæstor pro prætor: quāquam erat Prouincia nomine copiosa ad exercitus alendos, et finitimo bello, ac dissensionibus uastata, et cōfecta: tamē prudentia, ac diligētia sua, quod magnam curam suscipiebat, ne quò temere progredieretur, et recepit, et defendit.

Namq; et castella cōplura locis editis posita, quorū oportunitas castellanos impellebat ad decursiones faciendas, et bellū inferendū, expugnauit, eaq; præda milites donauit. Quæ et si erat tenuis, tamē in tāta Prouincia de-

Ostanius. Operatione erat grata, præsertim uirtute parata. Et cū Octa-

nus

uius ex fuga Pharsalici praelij magna classe in illum se si-
 num contulisset, paucis nauibus Hiadertinorū, quorum Hiadertini.
 semper in Remp. singulare constiterat officium, dispersis
 Octavianis nauibus erat potitus, ut uel classe dimicare pos-
 set adiunctis captiuis nauibus sociorum. Et cū diuersissi-
 ma parte orbis terrarum Cn. Pōpeium uictor Cæsar se-
 queretur, compluresq; aduersarios in Illyricum, propter
 Macedoniae propinquitatem, se reliquis ex fuga collectis,
 compulisse audiret, literas ad Gabinium mittit, uti cum le-
 gionibus tyronum, quæ nuper erant conscriptæ, profici-
 seretur in Illyricum, coniuuctisq; copijs cum Q. Corni-
 ficio, si quod periculum Prouinciæ inferretur, depelleret.
 Sin ea non magnis copijs tutæ esse posset, in Macedonia
 legiones adducerent: omnem enim illam partem, regio-
 nemq; uiuo Cn. Pompeio bellum instauraturæ esse crede-
 bat. Gabinius, ut in Illyricum uenit, hyberno tēpore an-
 ni, ac difficili, siue copiosiore Prouinciā existimās, si- Gabinius.
 ue multum Fortunæ uictoris Cæsaris tribuens, siue uirtu-
 te, & scientia sua confusus, quæ sæpe in bellis periclitatus,
 magnas res, & secundas ductu, ausuq; suo gesserat, neque
 Prouinciæ facultatibus subleuabatur, quæ partim erat exi-
 nanita, partim infidelis, neq; nauibus, intercluso mari tem-
 pestatibus, commeatus supportari poterat, magnisq; diffi-
 cultatibus coactus, non ut uolebat, sed ut necesse erat, bel-
 lum gerebat. Ita cum durissimis tēpestatibus propter ino-
 piā castella, aut oppida expugnare cogeretur, crebra in-
 cōmoda accipiebat: adeoq; est à Barbaris contemptus, ut
 Salonā se recipiens in oppidum maritimū, quod ciues Ro Salona.
 mari fortissimi, fidelissimiq; incolebāt, in agmine dimicare
 d d sit

Gabinij mors.

fit coactus. Quo praelio duobus milibus militum amplius amissis, Centurionibus xxxviii. Tribunis iiii. cum reliquis copijs Salonam se recepit, summaq; ibi difficultate rerum omnium pressus paucis mensibus morbo periit: cuius & infelicitas uiui, & sublima mors in magna spem Octauium adduxit, Prouinciae potiunde: quem tamen diutius in rebus secundis, & Fortuna, quae plurimum in bel-

Vatinius.

lis potest, diligentiaq; Cornificij, & uirtus Vatinijs uersari passa non est. Vatinius Brundisij cum esset, cognitis rebus, quae gestae erant in Illyricum, cum crebris literis Cornificij, ad auxilium Prouinciae ferendum euocaretur, & M. Octauium audiret, cum Barbaris foedera percussisse, compluribusq; locis nostrorum militum oppugnare praesidia, partim classe per se, partim pedestribus copijs per Barbaros, etsi graui uoletudine affectus, uix corporis uiribus animum sequebatur, tamen uirtute uicit incommodum naturae, difficultatesq; hyemis, & subitae praeparationis. Nam cum ipse paucas in portu naues longas haberet, literas in Achaiam, atque Calenum misit, uti sibi classem mitterent: quod cum tardius fieret, quam periculum nostrorum flagitabat, qui suslinere impetum Octauij non poterant, nauibus actuarijs, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam non satis iusta ad praeliandum, rostra imposuit. Has adiunctas nauibus longis, & numero classis aucto militibus ueteranis impositis, quorum magnam copiam habebat, ex omnibus legionibus, qui numero agrorum relictis erant Brundisij, cum exercitus in Graeciam transportaretur, profectus est in Illyricum, maritimaeq; nonnullas ciuitates, quae defecerant, Octauioq; se tradi

tradi

tradiderant, partim recipiebat, partim remanentes in suo consilio, præteruehebatur: nec sibi ullius rei moram, necessitatemq; iniungebat, qui quamcelerrime posset, ipsum Octavium persequeretur. Hunc oppugnantem Epidaurū terra, mariq; ubi nostrum erat præsidium, aduētū suo discedere ab oppugnatione coëgit, præsidiumq; nostrum recepit. Octavius, cum Vatinius classem magna ex parte confectam ex nauiculis actuarijs habere cognouisset, confusus sua classe, substitit ad insulam Thauridē, qua regione Vatinius insequens nauigabat: non quod Octaviū ibi resituisse sciret, sed quod eum longius progressum insequi decreuerat. Cum propius Thauridem accessisset, distensis suis nauibus, quod & tempestas erat turbulenta, & nulla suspitio, hostis repente aduersam ad se uenientē nauem, antēnis ad mediū malum demissis, instructā propugnatoribus animaduertit. Quod ubi conspexit, celeriter uela subduci, demittiq; antennas iubet, & milites armari, & uexillo sublato, quo pugnandi dabat signū, quæ primæ naues subsequerantur, idem ut facerent, significabat. Parabant se Vatiniiani repente oppressi: parati deinceps Octauiani ex portu procedebant. Instruitur utrinq; acies, ordine disposita magis Octauiana, paratior militum animis Vatiniiana. Vatinius, cum animaduertetet, neque nauium se magnitudine, neque numero parem esse futuræ dimicationi, Fortunæ rem committere maluit. Itaque primus sua quinquereni in quadriremem ipsius Octauij impetum fecit, celerrime, fortissimeq; contra illo remigante, naues aduersæ rostris concurrunt adeo uehementer, ut nauis Octauiana rostro discusso, ligno continetur, ut

Epidaurus.

Thauris insula.

Nauale præliū
Vatiniij cū Octauij.

dd 2 retur.

retur. Committitur acriter reliquis locis praelium, concitaturque ad duces maxime: nam cum suo quisque auxilium ferret, magnum cominus in angusto mari praelium factum est, quantoque coniunctis magis navibus confligendi potestas dabatur, tanto superiores erant Vatiniani, qui admiranda uirtute ex suis navibus in hostium naues transilire non dubitabant, et dimicatione equata longe superiores uirtute, re feliciter gerebant. Deprimuntur ipsius Octauij quadriremis, multa praeterea capiuntur, aut rostro perforata merguntur, propugnatores Octauiani partim in navibus iugulantur, partim in mare praecipitantur: ipse Octavius se in scapham confert, in quam plures cum confugerent, depressa scapha, uulneratus tamen adnatat ad summum myoparonem. Eo receptus, cum praelium nox dirimeret, et pestate magna uelis profugit: sequuntur hunc suae naues nonnullae, quas casus ab illo periculo uedicarat. At Vatinius re bene gesta receptui cecinit, suisque omnibus incolombibus, in eum se portum nictor recepit, quo ex portu classis Octauiana ad dimicandum processerat. Capit ex eo praelio petiremem unam, triremes duas, dyerotas octo, coplauresque remiges Octavianos. Posteroque ibi die fuit, dum suas, captiuasque naues resciceret: post diem tertium contedit in insulam Issam, quod eo se recepisse ex fuga credebatur Octaviuum. Erat Maëum nobilissimum regionum earum oppidum, communissimumque Octauio, quod ut peruenit, oppidani supplices se Vatinio dederunt: comperitque ipsum Octavianum paruis, paucisque nauigijs uento secundo regionem Graeciae petisse, unde ut Siciliam, deinde Africam caperet. Ita breui spatia re praeclearissime gesta, Provincia recepta, et Cor

Octauij fuga.

Ista insula
Maëum op.

nificia

nificio reddita, classe aduersariorum ex illo toto sinu expulsa, uictor se Brundisium incolumi exercitu, & classe recepit. His autem temporibus, quibus Caesar ad Dyrrhachium Pompeium obsidebat, & praelio Pharsali rem feliciter gerebat, Alexandriaeque cum periculo magno, tum etiam maiore periculi fama, dimicabat, Q. Cassius Longinus in Hispania pro praetore Prouinciae ulterioris obtinenda causa relictus, siue consuetudine naturae suae, siue odio, quod in illam Prouinciā susceperat quaestor, ex insidijs ibi uulneratus, magnas odij sui fecerat accessiones: quod uel ex conscientia sua, cum de se mutuo sentire Prouinciā crederet, uel initis signis & testimonijs eorum, qui difficulter odia dissimulant, animaduertere poterat, & cōpensare offensionē Prouinciae exercitus amore cupiebat. Itaque cum primum in unum locum exercitum conduxit, sestertia C. militibus est pollicitus: nec multo post, cum in Lusitania Medobregam oppidum, montemque Herminiū expugnasset, quō Medobregenses confugerant, ibique imperator esset appellatus, iterum sestertijs C. milites donauit. Multa praeterea, & magna praemia singulis concedebat, quae speciosum reddebant praesentem exercitus amorem, paulatim tamen, & occulte militarem disciplinam, seueritatemque minuebant. Cassius legionibus in hyberna dispositis, ad ius dicendum Cordubam se recepit, contraque in ea res alienum grauissimis oneribus Prouinciae constituit exoluere: & ut largitionis postulat consuetudo per causam liberalitatis speciosam, plura largitori querebantur, pecuniae locupletibus imperabantur, quas Longinus sibi expensas ferri, non tantum patiebatur, sed etiam

In Hispania
gesta.

Q. Cassius Longinus.
Odium Cassij.

Medobriga oppidum.
Herminius mons.

cogebat: in gregem locupletium simultatum cause tenues conijciebantur, neq; ullum genus questus, aut magni, & euidentis, aut minimi, & sordidi, pratermattebatur, quod domus, & tribunal imperatoris uacaret: nemo erat, qui modo aliqua iacturam facere posset, quin aut uadimonio teneretur, aut in reos referretur. Ita etiam magna sollicitudo periculorum ad iacturas, & detrimenta rei familiaris adiungebantur quibus de causis accidit, ut cum Longinus imperator eadem faceret, quae fecerat quaestor, similia rursus de morte eius prouinciales consilia inirent. Horum odium confirmabant nonnulli familiares eius, qui cum in illa societate uersarentur rapinarum, nihilo minus oderant eum, cuius nomine peccabant: sibiq; quod rapuerat, acceptum ferebant, quod interciderat, aut erat interpellatum, Cassio assignabant. Quintam legionem nouam conscribit, augetur odium & ex ipso delectu, et sumptu aditae legionis. Complentur equitum tria milia, maximisq; onerantur impensis, nec Prouinciae datur ulla requies. Interim literas accepit a Caesare, ut in Africam exercitum trajiceret, perq; Mauritianiam ad fines Numidiae perueniret, quod magna Cn. Pompeio Iuba Rex miserat auxilia, maioraq; missurus existimabatur. Quibus literis acceptis, insolenti uoluptate efferebatur, quod sibi nouarum Prouinciarum, & fertilissimi regni tanta oblata esset facultas. Itaque ipse in Lusitaniam profiscitur ad legiones accersendas, auxiliaq; adducenda: certis hominibus dat negocium, ut frumentum, nauesq; centum praepararentur, pecuniaeq; describerentur, atque impetraretur, ne qua res, cum redisset, moraretur. Reditus eius fuit celerior omnium opinione: non enim labor, aut nie-

gilantia, cupienti præsertim aliquid, Cassio deerrat. Exercitu coacto in unum locum, castris ad Cordubam positis, pro concione militibus exponit, quas res Cæsaris iussu gerere deberet: polliceturq; ijs, cum in Mauritaniam traiecisset, sesteritia se daturum: quintam fore in Hispania legionem. Ex concione se Cordubam recepit, eoq; ipso die meridiana hora, cum in Basilicam iret, quidam Minutius Silo cliens L. Racili libellum, quasi aliquid ab eo postularet ut miles, ei tradit: deinde post Racilium (nam is latus Cassij tegebat) quasi responsum ab eo peteret, celeriter dato loco, cum se insinuasset, sinistra corripit eum, dextraq; bis ferit pugione: clamore sublato, fit à cõiuratis impetus uniuersis. Munatius Flaccus proximũ gladio traiecit historem: Hoc interfecto, Q. Cassium legatũ uulnerat. Ibi T. Vastus, & L. Mergilio simili confidentia Flaccũ municipẽ suum adiuuant. Erant enim omnes Italicensis. Ad ipsum Longinum L. Licinius Squillus inuolat, iacentemq; leuibus sauciat plagis. Concurritur ad Cassium defendendum. Semper enim Berones, compluresq; euocatos cum telis secum habere consueuerat, à quibus ceteri intercluduntur, qui ad eadem faciendam subsequebantur. Quo in numero fuit Calphurnius Saluianus, & Manilius Tusculus, Minutius inter saxa, quæ iaciebatur, in itinere fugiens opprimitur, & relato ad domum Cassio, ad eum deducitur. Racilius in proximam se domum familiaris sui confert, dum certum cognosceret, confectus ne Cassius esset. Laterensis, cum id non dubitaret, accurrit letus in castra, militibus uernaculis, & secunda legionis, quibus odio sciebat præcipue Cassium esse, gratulatur. Tollitur

Cassius uulneratur.

Berones.

ad 4 litur

litur à multitudine in tribunal, prætor appellatur. Nemo enim in Prouincia natus, aut uernaculæ legionis miles, aut diuturnitate iam factus prouincialis (quo in numero erat secūda legio) noncū omni Prouincia consenserat in odio Cassij. Nam legiones trigesimam, & uigesimā primam paucis mensibus in Italia scriptas, Cæsar attribuerat. Lōgino: quinta legio ibi nuper erat confecta. Interim nūtiatur Laterensi uiuere Cassium. Quo nuntio dolore magis permotus, quā animo perturbatus, reficit celeriter se, & ad Cassium uisendū proficiscitur. Re cognita, trigesima legio signa Cordubam infert ad auxilium ferendum imperatori suo. Facit hoc idem uigesima prima: subsequitur has quinta. Cum duæ legiones reliquæ essent in castris, secundarij ueriti ne soli relinquerentur, atq; ex eo quid sensissent, indicaretur, secuti sunt factum superiorū permansit in sententia legio uernacula, nec ullo timore de gradu deiecta est. Cassius eos, qui nominati erant consilij cædis, iubet comprehendere. Legionē quintam in castramittit cohortibus xxx. retentis. Indicio Minutij cognoscit L. Racilium, & L. Laterensem, & Annium Scapulā maximæ dignitatis, & gratiæ prouincialem hominem, sibiq; tam familiarem, quā Laterensem, & Recitū in eadem fuisse cōiuratione. Nec diu moratur dolorē suū, quin eos interfici iubeat. Minutium libertis tradit excruciantum. Item Calfurnium Saluiantum, qui profitetur indicium, coniuratorumq; numerū auget, uere, ut quidā existimāt, ut nonnulli queruntur, coactus. Iisdē cruciatibus affectus, L. Mergilio: Squillus nominat plures, quos Cassius interfici iubet, exceptis ijs, qui se pecunia redemerūt. Nā palam

Cædis consilij
multantur.

palam

palam sefertijs decem cū Calurnio paciscitur, & cū Q. Sextio quinquaginta: qui, si maxime nocētes sunt multa: ti, tamē periculū uitæ, dolorq; uulnerū pecunia remissus, crudelitatem cum auaritia certasse significabat. Aliquot post diebus literas à Cesare missas accipit, quibus cognoscit Pompeium in acie uictum, amissis copijs fugisse. Quare cognita, mistam dolori uoluptatem capiebat, uictoriæ nuntius letitiam exprimebat, confectum bellum licentiam temporum intercludebat. Sic erat dubius animus, utrum nihil timere, an omnia licere, mallet. Sanatis uulneribus, accersit omnes, qui sibi pecunias expensas tulerant, accēptasq; eas iubet referri, quibus parum uidebatur impositū oneris, ampliozem pecuniam imperat. Aequa autem ratione delectum instituit, quos ex omnibus conueniētib; colonijsq; conscriptos, transmarina militia perterritos, ad sacramenti redemptionem uocabat. Magnum hoc fuit uectigal, maius tamen creabat odium. His rebus confectis totum exercitum lustrat. Legiones quas in Africa ducturus erat, & auxilia mittit ad traiectū. Ipse classem, quam parabat, ut inspiceret, Hispalim accedit: ibiq; moratur, propterea quod edictum tota Prouincia posuerat, ut quibus pecunias imperasset, neque contulissent, se adirent: quæ euocatio uehementer omneis turbauit. Interim L. Titius, qui eo tempore Tr. mul. legionis uernaculæ fuerat, nuntiat fama, legionem trigessimam, quam Q. Cassius legatus simul ducebat, cum ad oppidum Leptim castra haberet, seditione facta, Centuriōnibus aliquot occisis, qui signa tolli non patiebantur, discessisse, & ad secundam legionem contendisse, quæ

Leptis opp.

ad 5 ad fretū

ad fretum alio itinere ducebatur. Cognitare, nocturnam
 v. cohortibus undevicesimanorum egreditur, mane per-
 uenit. Ibi eum diem, ut quid ageretur perspiceret, mora-
 tus, Carbonam contendit. Hic, cum legio trigesima, &
 uigesimaprima, & cohortes quatuor, & quinta legio,
 totusq; conuenisset equitatus, audit quatuor cohortes a
 uernaculis oppressas ad Obuculā, cū his ad secundā per-
 uenisse legionē, omnesq; ibi se cōiunxisse, & T. Torium
 Italicensem ducē delegisse. Celeriter habito cōsilio, Mar-
 cellum Cordubam, ut eā in potestate retineret, Q. Cassiū
 legatum Hispalim mittit. Paucis ei diebus affertur con-
 uentum Cordubensem ab eo defecisse, Marcellumq; aut
 uoluntate, aut necessitate adductum (namq; id uarie nū-
 tiabatur) consentire cum Cordubensibus. Duas cohortes
 legionis quintae, quae fuerant Cordubae in praesidio, idem
 facere. Cassius his rebus incensus, mouet castra, & postero
 die Segouiam ad flumen Silicense uenit: ibi habita concio-
 ne, militū tentat animos, quos cognoscit non sua, sed Cae-
 saris absentis causa sibi fidissimos esse, nullumq; periculū
 deprecaturus, dum per eos Caesari Prouincia restitueretur.
 Interim Torius ad Cordubā, ueteres legiones adducit,
 ac ne dissensionis initium natū seditiosa militū, suaq;
 uideretur natura: Simul, ut cōtra Q. Cassium, qui Cae-
 saris nomīne maioribus uiribus uti uidebatur, aequē poten-
 tem opponeret dignitatē, Cn. Pompeio se Prouinciā re-
 cuperare uelle palam dictitabat. Et forsitan etiā hoc fecerit
 odio Caesaris, & amore Pōpeij, cuius nomē multū po-
 terat apud eas legiones, quas M. Varro obtinuerat: sed
 id qua mente commotus fecerit, coniectura sciri potest.

Certe

Segouia.
 Silicense fl.

T. Torius Cor-
 dubam uenit.

Certe hoc præ se Torius ferebat. Milites adeo fitebatur, ut Cn. Pompeij nomen in scutis inscriptum haberent, fre-
quēs legionibus conuētus obuiam prodit, neq; tantū uiro-
rum, sed etiā matrum familias, ac pretextatorū, deprecaturq; ne hostili aduentu Cordubam diriperent. Nam se
contra Cassium sentire cum omnibus: contra Cæsarem ne
facere cogeretur, orare. Tantæ multitudinis precibus, &
lachrymis exercitus commotus, cum uideret ad Cassium
persequendum nihil opus esse Cn. Pōpeij nomine, & me-
moriam, tamq; omnibus Cæsarianis, quā Pōpeianis Lon-
ginū esse in odio, neq; se conuētum, neq; M. Marcellum
contra Cæsaris causam posse perducere, nomen Pompeij
ex scutis detraxerunt, Marcellum, qui se Cæsaris causam
defensurum profitebatur, ducem ascuerunt, prætoremq;
appellarunt, & sibi conuentum adiunxerunt, castraq; ad
Cordubam posuerunt. Cassius eo biduo circiter quatuor
millia passuum à Corduba citra flumen Betim in oppidi
conspectu loco excelso facit castra: literas ad Regem Bo-
gudem in Mauritaniam, & ad M. Lepidum procons. in
Hispaniam citeriorem mittit, subsidio sibi, Prouinciāq;
Cæsaris causa quamprimū ueniret: ipse hostili modo Cor-
dubensium agros uastat, ædificia incendit. Cuius rei defor-
mitate, atq; indignitate legiones, quæ Marcellum sibi du-
cem ceperat, ad eum concurrerunt, ut in aciem educeren-
tur orant, priusq; confligendi sibi potestas fieret, quā
cū tanta contumelia nobilissimæ, carissimæq; possessiones
Cordubensium in conspectu suo rapinis ferro, flammaq;
consumerentur. Marcellus, cū confligere miserrimū pu-
taret, quod & uictoris, & uicti detrimentum ad eundem
Cæsarem

Cæsarem esset redundaturum, neq; suæ potestatis esset, legiones Betim traducit, atq; aciem instruit. Cū Cassium contra pro castris suis aciem instruxisse loco superiore uideret, causa interposita, quod is in aquum non descenderet, Marcellus militibus persuadet, ut se in castra recipiāt. Itaq; copias reducere cœpit. Cassius quo bono ualebat, Marcellumq; infirmum esse sciebat, aggressus equitatu legionarios se recipientes, complures nouissimos in fluminis ripis interficit: cum hoc detrimēto, quid trāstus fluminis uitij, difficultatisq; haberet, cognitū esset. Marcellus castra Betim transfert, crebroq; uterq; legiones in aciē educit, neq; tamen configitur propter locorū difficultates. Erat copijs pedestribus multo firmior Marcellus: habebat enim ueteranas legiones, multisq; prælijs expertas. Cassius fidei magis, quam uirtuti legionum confidebat. Itaq; cū castra castris collata essent, & Marcellus locū idoneū castello cepisset, quo prohibere aqua Cassianos posset, Longinus ueritus, ne genere quodā obsidionis clauderetur in regionibus alienis, sibiq; infestis, noctū silentio ex castris proficiscitur, celeriq; itinere Vllā contendit, quod sibi fidele esse oppidū credebat: ibi adeo cuncta ponit mœnibus castra, ut & loci natura (namq; Vllā in edito mōte posita est) & ipsa munitione urbis, undiq; ab oppugnatione tutus esset. Hūc Marcellus insequitur, & quā proximè potest Vllam, castra castris cōfert, locorumq; cognita natura, quo maxime rem deducere uolebat, necessitate est adductus, ut neq; cōfligeret, cuius si rei facultas esset, resistere incitatis militibus nō poterat: neq; uagari Cassiū latius pateretur, ne plures ciuitates ea paterentur,

Vllā opp.

terentur,

terentur, quæ passi erant Cordubenses. Castellis idoneis locis collocatis, operibusq; in circuitu oppidi cōtinuatis, Vllam, Casiumq; munitionibus clausit, quæ priusquam perficeretur, Longinus omnē suum equitatū emisit, quem magno sibi usui fore credebatur, si pabulari, frumentariq; Marcellum nō pateretur. Magno autem impedimento, si clausus obsidione, & inutilis necessarium cōsumeret frumentum. Paucis diebus literis Casij acceptis, Rex Bogud Bogud rex. cū copijs uenit, adiungitq; eilegionem, quā secum adduxerat, compluresq; cohortes auxilias Hispanorum: namq; ut in ciuilibus dissensionibus accidere consuevit, ita tēporibus illis in Hispania nonnullæ ciuitates rebus Casij studebant, plures Marcello fauebant. Accedit cū copijs Bogud ad exteriores Marcelli munitiones, pugnatur utrinque acriter, crebroq; ut accidit, fortuna sæpe ad utrumq; transferente uictoriā, nec tamen unquam ab operibus depellitur Marcellus. Interim Lepidus ex citeriore Lepidus. Prouincia cū cohortibus legionarijs trigintaquinq; magniq; numero equitum, & reliquorum auxiliorū uenit eamē Vllam, ut sine ullo studio contentiones Casij, Marcelli; componeret. Huic uenienti sine dubitatione Marcellus se credit, atq; offert. Casius contra suis, se tenet presidij, siue eo, quod plus sibi iuris deberi, quā Marcello existimabat, siue eo, quod ne præoccupatus animus Lepidi esset obsequio aduersarij, uerebatur. Ponit ad Vllā castra Lepidus, neq; habet à Marcello quicquā diuisi, ne pugnetur interdicat, ad exeundū Casium inuitat, si deniq; suā in re omni interponit. Cū diu dubitasset Casius, quid sibi faciendum, quid uel Lepido esset credendum: neq;

neq; ullum exitum consilij sui reperiret, si permaneret in sententia, postulat, uti munitiones disijcerentur, sibiq; liber exitus daretur. Nō tantum inducijs factis, sed propē iam constituta opera cum complanarent, custodieq; munitionū essent deductæ, auxilia Regis in id castellū Marcelli, quod proximū erat regijs castris, neq; opinatibus omnibus (si tamen in omnibus fuit Cassius, nā de huius conscientia dubitabatur) impetum fecerūt, compluresq; ibi milites opprefferūt, quōd nisi celeriter indignatione, & auxilio Lepidi praeliū esset diremptum, maior calamitas esset accepta. Cum iter Cassio patefactū esset, castra Marcellus cū Lepido coniungit. Lepidus eodem tempore, Marcellusq; Cordubam cum suis proficiscitur. Narbonem sub idem tempus Trebonius proconsul ad Prouinciā obtinendam uenit: de cuius aduentu, ut cognouit Cassius, legiones, quas secum habuerat, equitatumq; in hyberna distribuit.

Malaca.

Ipsē omnibus suis rebus celeriter correptis Malacā contendit, ibiq; aduerso tempore nauigandi naues cōscendit, ut ipse prædicabat, ne se Trebonio, & Lepido, & Marcello committeret: ut amici eius dictitabant, ne per eam Prouinciā minore cū dignitate iter faceret, cuius magna pars ab eo defecerat: ut cæteri existimabant, ne pecuniā illa ex infinitis rapinis cōfecta in potestate cuiusquam ueniret. Progreſsus secūda, ut hyberna tēpestate, cū in Iberum flumen noctis uitandæ causa se cōtulisset, inde, paulo uebementiore tēpestate nihilo periculosius se nauigaturū

Cassij mors.

credens, profectus aduersis fluctibus occurrentibus orio fluminis in ipsis faucibus, cū neq; flectere nauem propter uim fluminis, neq; directā tantis fluctibus tenere posset, demersa

demersa

demersa naui perijt. Cum in Syriā Cæsar ex Aegypto uenisset, atq; ab his, qui Roma uenerant ad eū, cognosceret, literisq; urbanis animaduverteret multa Romæ male, & inutiliter administrari, neq; ullam partē reip. satis cōmode geri, quòd & contentionibus tribunijs perniciosæ seditiones orirentur, & ambitione, atq; indulgētia Tribunorū militum, & qui legionibus præcrant, multa contra morem, consuetudinemq; militarē fierent, quæ dissoluendæ disciplinæ, seueritatisq; essent, eaq; omnia flagitare aduentum suū uideret, tamen præferendum existimauit, quas in Prouincias, regionesq; uenisset, eas ita relinquere constitutas, ut domesticis dissensionibus liberarētur, iura, legesq; acciperēt, & externorum hostium metum deponerēt. Hæc in Syria, Cilicia, Asia celeriter se confecturū sperabat, quòd hæ Prouinciæ nullo bello premebātur. In Bithynia, ac Ponto plus oneris uidebat impendere sibi, non enim excessisse Ponto Pharnacem audierat, neq; excessurum putabat, cum secundo prælio esset uehementer inflatus, quod contra Domitium Caluinum fecerat. Commoratus ferè in omnibus ciuitatibus, quæ maiores sunt dignitate, præmia benemeritis, & uiritim, & publice tribuit. De controuersijs ueteribus cognoscit, ac statuit Reges, Tyrānos, Dynastas Prouinciæ, finitimosq; qui omnes ad eū concurrerāt, receptos in fidē, cōditionibus impositis Prouinciæ tuendæ, ac defendendæ, dimittit & sibi, & populo Ro. amicissimos. Paucis diebus in ea Prouincia cōsumptis, Sex. Cæsarem amicum, & necessariū suum legionibus Syriæ præficit, ipse eadē classe, qua uenerat, proficiscitur in Ciliciā, cuius Prouinciæ ciuitates omnes

Ciliciæ.

euocat

- Tarsus.** euocat Tarsum, quod oppidum serè totius Ciliciæ nobilissimum, fortissimumq; est. Ibi rebus omnibus Prouinciæ, & finitimarum ciuitatum constitutis, cupiditate proficiscendi ad bellum gerendum non diutius moratur, magnisq; itineribus per Cappadociam confectis, biduum
- Mazaca.** Mazace commoratus, uenit Comana, uetustissimum, & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos eius Deæ maiestate, imperio, & potetia secundus à Rege consensu gentis illius
- Nicomedes.** habeatur: id homini nobilissimo Nicomedi Bithynio ad iudicauit, qui Regio Cappadocia genere ortus, propter aduersam fortunam maiorum suorum, mutationemq; generis, iure minime dubio, uetustate tamen intermissa, sacerdotium id repetebat. Fratrem autè Ariobarzani Ariaratem, cum benemeritis uterq; coru de Rep. esset, ne aut regni hereditas Ariaratem sollicitaret, aut heres regni terreret, Ariobarzani attribuit, qui sub eius imperio, ad ditione esset: ipse iter ceptum simili uelocitate conficere coepit. Cum propius Pötum, finesq; Gallogreciæ accessisset, Deiotarus Tetrarches Gallogreciæ, tunc quidem
- Deiotarus Cæsari supplicat.** penè totius, quod ei, neq; legibus, neq; moribus concessum esse ceteri Tetrarchæ contendebant: sine dubio autem Rex Armeniæ minoris ab Senatu appellatus, depositis Regijs insignibus, neq; tantum priuato uestitu, sed etiam reorum habitu supplex ad Cæsarem uenit oratum, ut sibi ignosceret, quod in ea parte positus terrarum, quæ nulla præsidia Cæsaris habuisset, exercitibus, imperijsq; in Cn. Pompeij castris fuisset: neq; enim se iudicem debuisse esse controuersiaru populi Ro. sed parere præsentibus

sentibus imperijs. Contra quem Cæsar, cum plurima sua cōmemorassæt officia, quæ consul ei decretis, publicis tribuissæt, cumq; defensionem eius, nullam posse excusationem eius imprudentiæ recipere coarguissæt, quòd homotantæ prudentiæ, ac diligentæ scire potuissæt, quis urbem, Italianq; teneret, ubi Senatus, Populusq; Ro. ubi Resp. esset. Quis deinde post L. Lentulum, M. Marcellū consul esset. Sed tamen se concedere id factum superioribus suis beneficijs, ueteri hospitio, atq; amicitia, dignitati, etatq; hominis precibus eorū, qui frequentes concurrissæt, hospites, atq; amici Deiotari ad deprecandum. De controuersijs Tetrarcharum postea se cogniturum esse dixit: regium uestitum ei restituit. Legionem autem, quam ex genere ciuium suorum Deiotarus natura, disciplinaq; nostra constitutam habebat, equitatumq; omnem ad bellū gerendum adducere iussit. Cum in Pontum uenissæt, copiasq; omnes in unū locum cōgissæt, quæ numero, atq; exercitatione bellorum mediocres erant, excepta enim legione sexta, quam secum adduxerat Alexandria ueteranam, multis laboribus, periculisq; functam, multisq; militibus partim difficultate itinerum, ac nauigationum, partim crebritate bellorum adeo diminutam, ut minus mille hominum in ea esset. Reliquæ erant tres legiones, una Deiotari, duæ, quæ in eo prælio, quod Cn. Domitium fecisse cum Pharnacæ scripsimus, fuerant. Legati à Pharnacæ missi Cæsarem aduēnt, atque in primis deprecantur, ne eius aduentus hostilis esset. Facturū enim omnia Pharnacem, quæ imperata essent, maximeq; commemorabant, nulla Pharnacem auxilia contra Cæsarem Pompeio dare
e e uolu

Pharnacis legati
ad Cæsarem.

uoluisse, cum Deiotarus, qui dedisset, tamē ei satisfacisset. Caesar respondit se fore equissimum Pharnaci, si quæ polliceretur, representaturus esset. Monuit autē, ut solebat, mitibus uerbis legatos, ne aut Deiotarum sibi obijceret, aut nimis eo gloriarentur beneficio, quod auxilia Pompeio nō misissent: nam se neq; libentius facere quicquam, quam supplicibus ignoscere, neq; Prouinciarum publicas iniurias condonare ijs posse, qui non fuissent in se officiosi. Id ipsum, quod commemorassent officium, utilius Pharnaci fuisse, qui prouidisset, ne uinceretur, quam sibi, cui Dij immortales uictoria tribuissent. Itaq; se magnas, & graues iniurias ciuium Romanorum, qui in Ponto negotiati essent, quoniam in integrum restituere nō posset, cōcedere Pharnaci. Nam neq; interfectis amissam uitam, neq; extinctis, uirilitatē restituere posse, quod quidem supplicium grauius morte ciues Romani subissent. Ponto uero decederet cōsestim, familiasq; publicanorū remitteret, ceteraq; restitueret socijs, ciuibsq; Romanis, quæ penes eum essent. Si fecisset, iam tunc sibi mitteret numerum, ac dona, quæ bene rebus gestis Imperatores ab amicis accipere cōsueissent. Miserat enim Pharnaces coronam auream. His responsis datis, legatos remisit. At Pharnaces omnia liberaliter pollicitus, cum festinantem, ac properantem Casarem speraret, libentius etiā crediturum suis promissis, quam res pateretur, quod celerius, honestiusq; ad res magis necessarias proficisceretur. Nemini enim erat ignotū, plurimis de causis ad urbem Casarem reuocari lentius agere, decedendi diem postulare, longiores patines interponere, in summa frustrari cōpit. Caesar cognita col

ta calliditate hominis, quod alijs temporibus natura face-
 re cōsueuerat, tunc necessitate fecit adductus, ut celerius
 omnium opinione manum confereret. Zela est oppidum in Zela opp.
 Ponto, positu ipso, ut in plano loco, satis munitum: tumu-
 lus enim naturalis, uelut manu factus, excelsiore undiq;
 fastigio sustinet murum, circumpositi sunt huic oppido
 magni, multiq; intercisi uallibus colles, quorum editissimus
 unus, qui propter uictoriā Mithridatis, & infelicitatem
 Triarij, detrimentumq; exercitus nostri superioribus lo-
 cis, atq; iuineribus penē coniunctus oppido, magnā in illis
 partibus habet nobilitatē, nec multo longius millibus pas-
 suum tribus abest ab Zela. Hunc locū Pharnaces ueteri-
 bus paternorum feliciū castrorum relictis operibus, co-
 pijs omnibus suis occupauit. Caesar, cum ab hoste nullia
 passuum quinq; castra posuisset, uideretq; eas ualles, qui-
 bus regia castra munirentur, eodem interuallo sua castra
 munituras, si modo ea loca hostes priores non cepissent,
 quae multo erāt propiora Regis castris, aggerē cōporta-
 ri iubet intra munitiones: quo celeriter collato, proxima
 nocte uigilia quarta legionibus omnibus expeditis, impe-
 dimētisq; in castris relictis, prima luce nō opinātibus ho-
 stibus, cū ipsum locū cepit, in quo Mithridates secundum
 bellū aduersus Triariū fecerat. Huc omnē cōportari ag-
 gerem ē castris, seruitiaq; agi iussit, ne quis ab opere mi-
 les discederet, cū spatium nō amplius mille passuum interci-
 sa uallis castra hostiū diuideret ab opere incepto Caesaris
 castrorum. Pharnaces, cum id repente prima luce ani-
 maduertisset, copias suas omnes pro castris instruxit: quas
 interposita tanta locorum iniquitate, consuetudine magis
 e e 2 peruul

peruulgata militari credebat instrui Cæsar: uel ad opus suum tardandum, quo plures in armis tenerentur: uel ad ostentationem regie fiducia, ne munitione magis, quam manu defendere locum Pharnaces uideretur. Itaque deterritus non est, quo minus prima acie pro uallo instructa reliqua pars exercitus opus faceret. At Pharnaces impulsus siue loci felicitate, siue auspicijs, & religionibus indutus, quibus obtemperasse cum postea audiebamus, siue paucitate nostrorum, qui in armis erant, cõperta, cum more operis quotidiani, magnam illam seruorum multitudinem, que aggerem portabat, militum esse credidisset, siue etiam ueterana fiducia exercitus sui, quem cum legione $xxii$. in acie confluisse, & uicisse legati eius gloriabantur: simul contemptu exercitus nostri, quem pulsum à se Domitio duce sciebat: inito consilio dimicandi, descendere præruptæ uallæ cœpit. Cuius aliquandiu Cæsar irridebat inanem ostentationem, & eo loco militum cohortationem, quem in locum cum nemo sanus hostis subiturus esset. Cum interim Pharnaces eodem gradu, quo in prælium descenderat, uallam ascendere aduersus arduum collē instructis copijs cœpit, Cæsar incredibili eius uel temeritate, uel fiducia motus, neque opinas, imparatusque oppressus, eodem tempore milites ab operibus uocat, arma capere iubet, legiones opponit, aciem instruit. Cuius rei subita trepidatio magni terrorem attulit nostris. Nondum ordinibus instructis, fluctante regia quadrigæ pernixtos milites perturbant, que tamen celeriter multitudine telorum opprimuntur. Insequitur hæc acies hostium, & clamore sublato configit, multum adiuvante natura loci, plurimum Deorum immortalium

Prælium inter
pharnacem &
Cæsarem.

talium

talium benignitate, qui cum omnibus casibus bellis inter-
 sunt, tum præcipue eis, quibus nihil ratione potuit admini-
 strari. Magno atq; acri prælio factò, cominus dextro cor-
 nu, quo veterana legio sexta erat collocata, initium uicto-
 riæ natū est ab ea parte, cū in procliui detruderentur ho-
 stes, multo tardius, sed tamē ipsdē Dijs adiuuātibus, fini-
 stro cornu, mediaq; acie, totæ profligātur copiae Regis,
 quæ quam facile subierāt iniquū locū, tam celeriter gra-
 du pulsa, premebātur loci iniquitate. Itaq; multis militi-
 bus partim interfectis, partim suorū ruina oppressis, qui
 uelocitate effugere poterāt, armis tamē proiectis, uallem
 transgressi, nihil ex loco superiore inermes proficere pote-
 rant. At nostri uictoria elati subire iniquū locum, munitio-
 nesq; aggredi nō dubitarūt. Defendētibus autē his cohorti-
 bus castra, quas Pharnaces præsidio reliquerat, celeri-
 ter castris hostiū sunt potiti. Interfecta multitudine om-
 ni, aut capta suorū, Pharnaces cū paucis equitibus profu-
 git. Cui nisi castrorū oppugnatio facultatē attulisset libe-
 rius profugiendi, uiuus in Cæsaris potestatem adductus
 esset. Tali uictoria toties uictor Cæsar incredibili est lati-
 tia affectus, quod maximū bellū tanta celeritate cōfecerat,
 quodq; subiti periculi recordatione latior, quod uictoria
 facilis ex difficillimis rebus acciderat. Pōto recepto, præ-
 da omni regia militibus cōdonata, postero die cū expedi-
 tis equitibus ipse profisciscitur. Legionē sextam decedere
 ad præmia, atq; honores accipiēdos in Italiā iubet. Auxi-
 lia Deiotari domū remittit, duas legiones Cū Coelio Vin-
 tiano in Ponto relinquit. Itā per Gallogræciam, Bithy-
 niamq; in Asiā iter facit, omniumq; earū Proinciariū de-

Pharnacis
fuga.

Coelius Vin-
tianus.

controuersijs cognoscit, & statuit iura in Tetrarchas, Reges, ciuitates distribuit. Mithridatem Pergamenū, quo rem feliciter, celeriterq; gestam in Aegypto superscripsimus, regio genere ortum, disciplinis etiā regijs educatum (nam eum Mithridates Rex Asiæ totius propter nobilitatē Pergamo paruulū secum asportauerat in castra, multosq; tenuerat annos.) Regem Bosphori constituit, quod sub imperio Pharnacis fuerat: Prouinciasq; populi Romanis barbaris, atq; inimicis Regibus interposito amicissimo Rege, muniuit. Eidē Tetrarchiā legibus Gallogrecorū, inre gentis, & cognationis adiudicauit, occupatam, & possessam paucis ante annis à Deiotaro. Neq; tamē usquā diutius moratus est, quā necessitas urbanarū seditionum pati uidebatur. Rebus felicissime, celerissimeq; confectis in Italiam celerius omnium opinione uenit.

Cæsar in Italiam reditus.

A. HIRTII, AVT OPII
COMMENTARIORVM DE
BELLO AFRICO LIBRVS
QVINQVINTVS.



CÆSAR itineribus iustis confectis, nullo die intermisso ad XIII. Calēdarū Ian. in Lilybæū peruenit, statimq; ostendit sese naues uelle conscendere, cum non amplius legionem tyronum haberet unam, equitesq; uix sexcentos. Tabernaculum secundum litus ipsum constituit, ut propē fluctus uerberaret.

Hoc